

quasdam litteras papales et alias¹⁶ exhibuerit coram nobis: nos ad deliberandum super exhibitis huiusmodi et ad pronunciandum, utrum ipsam presentationem predictam et investituram, que a nobis per eundem Johannem petitur, impedire vel non impedire debeant, feriam secundam proximam post diem beati Johannis Baptiste¹⁷ pro termino presentibus assignamus; et protestatus predictus procurator, quod per exhibicionem perdictarum litterarum in nos non intendebat tamquam in iudicem consentire¹⁸.

Datum et actum Pinguie III Kalendas Maii anno domini M^o Trecentesimo vicesimo.

V

Dietrich von Kelbra, Prokurator des Propstes Ludolf von Nordhausen, weist Erzbischof Peter von Mainz als für die Prüfung der Besitzrechte Ludolfs unzuständig zurück und begründet seine Einrede.

(Bingen am Rhein, 1320 April 29).

Überlieferung: *Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. lat. 3981 (fol. 33r) Nr. 1.*

Coram vobis reverendo in Christo patre domino P(etro), dei gracia Moguntine sedis archiepiscopo, sacri imperii per Germaniam archicancellario, protestor ante omnia ego, Thi(dericus) de Kelbra, vicarius in ecclesia Northusensi, vestre Moguntine dyocesis, procurator et procuratorio [nomine]^q honorabilis viri domini mei, domini Lu(dolfi), prepositi eiusdem ecclesie Northusensis, pro ipso, quod per ea, que dicam et proponam in vestra et quorumlibet aliorum presencia viva voce vel in scriptis, non consentio nec consentire intendo in vos, quantum ad negotium infrascriptum spectat, tamquam in iudicem, examinatorem seu auditorem aut alias quacumque iurisdictione seu auctoritate in hac parte fungentem. Set appareo hic coram vobis ad eum finem dumtaxat, ut vobis ostendam et vos instruam, quod de eodem negotio vos intromittere non debetis nec potestis de iure.

Et quia, ut dicunt iura, *ex facto ius oritur*¹⁹, *facti autem ignorancia plerum-*

q) *fehlt Hs.*

r) *quarumcumque Hs.*

s) *auctoritatem Hs.*

¹⁶) Siehe Dok. Ia, Ib, V.

¹⁷) 1320 Juni 26.

¹⁸) Siehe die Protestatio in Dok. V.

¹⁹) Vgl. D. L i e b s, *Lateinische Rechtsregeln und Rechtssprichwörter* (1982) S. 105 Nr. J 181, ohne Nachweis.